



**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria. vi. Dominice palmaruz de flebilissima passione domini nostri ieus
(sic!) christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

me q̄ illi ciuitati q̄ nō recepit vos. Si
offendit em̄ deū q̄ non recepit discipu
los xp̄i. q̄tuz offendit q̄ nec ip̄m xp̄m
recipit. Qd̄ facit ille infamis q̄ confi
teri non vult. An̄ conquerit. Jo. i. In
pp̄ria venit et sui. r̄c. i. xp̄iani redem
pti sanguine xp̄i: eo q̄ non receperūt
Secō rōne indispositiōis. Quidā em̄
applaudunt sibi di. Opater. Meli⁹ ē
non recipere corp⁹ xp̄i q̄ indigne cō
municare. Quāuis hoc sit verum: qz
vt habet̄ Math̄. xv. Non est bonum
sumere panē filioꝝ: id est hominū iu
stoz r̄c. Tñ valde debent contristari
q̄ sint canes. et receptacula immun
da: et vasa mortis q̄ deberēt esse vasa
gratie. Tertio rōne subiectionis q̄
plenerat in pctō. subicit̄ dyabolo et
expellit xp̄z quē nō vult in se regnare
Quarto rōne p̄tectionis. ambulās
viam piculosam valde dolet si non hz
p̄tectorē. homo est in via piculosa in
imicoꝝ demonum. iuxta illud. Multi
bellantes r̄c. An̄ indiget p̄tectione. s.
cōionis et sacramento altaris. de quo
Dauid. Parasti in cōspectu meo r̄c.
Eos. s. demones q̄ tribu. r̄c. hāc p̄
tectione fugit in p̄sentia pauper foru
natus pctōr q̄ cōionē non intendit su
mere. Quinto rōne exclusionis: q̄ dño
hospiciū negat: merito et ipse dene
gabit illi ia nuq̄ regni celestis. Lu. x.
Qui me erubuerit hunc fili⁹ r̄c. Sed
pctōr qui confiteri et p̄municari non
vult in hoc pascha: hospiciū denegat
xp̄o. An̄ et ab ipso denegabit hospiciū
p̄diti. Practica. Disponē ergo de cō
scientia tua: vt digne posesis in die pa
sche ad mēsa dñi creator̄ tui cōicari
vt recipiaris ab eo in mensa celesti.

In die parasceues. Sermo de passi
one dñi nostri iesu xp̄i deuotissimus.

Hodie si voces
deus audieritis nolite ob
durare corda vestra. ps.
xciiij. Qz gratia domini est funda:

mentum omnium virtutum sine qua ne
mo operari potest opus meritorū: vt
te eterne vt dicitur Joh. xv. Sine me
nichil potestis facere. Et de conse. de
stin. iij. c. Placuit. Et Tho. i. ij. q. cix.
Ideo opus est habere ipsam gratiaz.
Unde volēs more solito recurrere ad
Mariam occurrit michi Sabuel an
gelus dicens. Noli eaz salutare: sed
ipsam dimitte: quia animus eius in a
maritudine est. iij. Reg. iij. Quia si
eam salutaueris Aue ab a: q̄ sine et
ve deriuatur: dicet noli dicere Aue
quia mulier infelix ego sum: i. Reguz
i. Si dixeris gratia plena. Respon
det. Immo amaritudine et doloribus
plena. Dominus tecum. Respondet.
Immo est iter iudeos. Benedicta tu
in mulieribus. Immo maledicta sum
Benedictus fructus ventris tui. Re
spondet immo maledictus inter iude
os. Unus appellat eum malefactorē
alius sediti osum: alius blasphemato
rem vt vermis et non homo. Oppro
brium hominū et abiectio plebis. Et
quo apparet cytharam illam angeli
ce salutationis esse conuersam in lu
ctum. Ideo dimitte nec salutes o pre
dicator. Sed nihilominus cruz ea. iux
ta crucem maneat. Ipsam meditan
do: ipsam adorando: ipsam salutādo
et eius auxilium implorando et dice
do: O cruz aue spes vnica: hoc passio
nis tēpore r̄c. Et adoram⁹ te chuste.
Hodie si vocem. r̄c. Si oculo intelle
ctus volumus hodie deuote contem
plari acerbissimos dolores nostri re
demptoris: profecto inueniemus q̄
omnis creatura nos ad lachrymas in
uitat. Primo ecclesia que nigris indu
ta: et altaribus demidata: campanis
et canticis leticie priuata: sponsū suū
plozat. T̄ren. i. Ploras plorauit in no
cte et lachryme sunt in maxillis eius
Non est qui consoletur eam. C̄se
cundo sol qui hodie suos abscondit ra
dios. Math̄. xxvij. A sexta hora te
nebre facte sunt super vniversam ter
ram. Quod videns Dyonisius at̄he
r ij

Feria sexta

nis dixit: aut tota machina destruitur
aut deus nature patitur. **Tertio**
omnis creatura irrationalis hiero.
super Mathe. Omnis creatura com-
patitur xpo morienti Sol obscuratur
Terra mouetur Petre scinditur. Ue-
luz tēplū diuidit. Sepulchra aperiuntur
Quarto angeli. Isa. xxxiij. Angeli
pacis amare seebunt. **Quinto**. Ma-
ria hgo Quam si pie voluerim? con-
templari. Uidebimus eam inestaz. fa-
cie squalida crinibus sparsis. an. cru-
cem stantem: et querula voce dicentē
O fili mi: quem de spiritu sancto con-
cepit nunc inter latrones te video. O
pater eterne comparere matri: et tñū
plange filium. O angelici spiritus? et vos
plangite mecum. O corpora celestia
plangite qui vos creauit. O quattuor
elementa. O populi omnes O uidue.
O uirgines. O cōiugate: omnes mecum
plangite: nec immerito hec dicebat.
Nam oēs dolores partus et mortis
hodie tibi fuere reseruati: qz sup oēs
dilexit filium. Ideo stabat iuxta cru-
cem iesu mater. Johan. xix. **Sexto**
xpus qui dixit. O uos omnes qui trahitis
per uia: attendite et uidete si est dolor
sicut dolor meus. Ideo qz mortuus
est p nobis peccatoribus debem? cō-
pati: nec debemus nos continere a la-
chrimis: sed potius plangendo inui-
tare insensibiles creaturas: ut suo mo-
do compatiantur filio hginis in cru-
ce pendenti. Uñ ecclesia hodie nigris
uestita dicit secularibus. hodie si vo-
cem tē. O fideles mei si uocē tē. scilz
septem hboy q dixit in cruce. **Primū**
Pater ignosce. **Secundū** Amen dico
tē. **Tertium** Mulier. tē. **Quartum**
Sicut. **Quintū** hely. tē. **Sextū**. In ma-
nus tē. **Septimū** Cōsummatum ē: In
quibus hōibz quqz erūt misteria uideāda
Primū dī necessitatis.
Secūm dī acerbitatis.
Tertū dī sententiationis.
Quartū dī crucifixionis.
Quintū dī deponitionis.
Primū dicitur tē. Queritur a do:

ctouib? Theologis. Utrū fuerit ne-
cessariū xpm mori pro humano: ge-
nere. Respondeo fin Tho. ij. parte. q.
lxvi. Ricar. in. ij. distin. xx. ar. i. Ale-
xan. de ales. in. ij. par. sue summe.
Anselmus in libro. Cur deus homo.
Quod duplex necessitas. Absoluta et
conditionata. Quo ad primā non fuit
necessariū xpm mori. Et ratio est. qz
cum deus sit omnipotens: alij erant
modi ad ipm liberandū. In ps. xxxij.
Dixit et facta sunt. Ideo Omnia que-
cunqz uoluit fecit. Et Mat. xij. Ora-
bat patri. Abba pater omnia tibi pos-
sibilia sunt. Uñ alij erant modi ad ipm
tē. Uñ Aug. lib. ij. de tri. c. x. Si que-
ritur utrum alio modo poterit gen?
humanū liberari qz p mortē filij dei
dicimus et alium modum possibilem
ei fuisse cui? potestati oia subiacent.
Sed si loquimur de scda necessitate:
dicimus non fuisse meliorē modū qz
qui erat inui sibilis: immortalis: impas-
sibilis: uisibilis: mortalis: et passibilis
efficere. Que necessitas pbatur
vera triplici ratione.
Primo ratione satisfactionis.
Secundo ratione ostensionis.
Tertio ratione legitimisationis.
Primo ratione satisfactionis. Con-
clusio est cano. xij. q. vi. c. si res alie-
na Et extra de regu. iur. Non dimit-
titur pctm tē. et Tho. in. ij. di. xv. Re-
stitutio male ablati est necessaria ad
salutem. Ad ppositū. Adā fecit fur-
tum in paradiso: qz tulit de fructu: in-
uito dño. Sene. ij. Unde non poterat
absolui a pctō illo nisi pri? satisfacere
ret de furto Satisfacere autē nō pote-
rat nec aliqua pura creatura: ut dicit
Criso. super. Mat. et Alexan. de ales
in. ij. sen. Et hoc ratione infinitatis:
diximus dñica. pterita. Ideo erat ne-
cessariū xpm mori: ut p nobis patri
satisfaceret. Uñ. Isa. xxxv. Deus ipse
ueniet et saluabit nos. Et dantes li.
ij. Para hō qz ampli? se humiliādo
dei p superbia satagere neqerat dei
uigenti? se se depumēdo. Nostri ce

pit fragilia: vt parentes redimat. Et sic p̄ p̄ma rō. al. Sc̄do rōne ostētionis vt hōi ostēderet amorē & caritatē quā illi habebat q̄ p̄ eo mori voluit: vt sic hō seruētus bñ oparet. Un̄ apls Ro. v. Cōmendat aut̄ de° caritatē suā in nobis: qm̄ cū essemus inimici: recōciliati sum⁹ deo. s. p̄pter eius passionē & Jo. ij. Sic de° dilexit: mūdus vt filius suū vniuentus daret vt oīs q̄ credit in me nen̄ pereat. Cōmensa bonitas iesu xpi q̄ mori voluit pro nobis. Un̄ Sre. i bñdictōe cerei. O mira cura nos rē. Un̄ bñ iudei clamauerunt p̄lato. Sc̄d̄ legē d̄z mori. Sc̄d̄ sen. Tho. ij. q. xci. triplex ē lex fm̄ quā d̄bebat mori: nec alī fieri poterat. P̄ia lex et̄nal̄is. Sc̄da lex natural̄. Tertia lex diuinā. P̄ia rē. Ab eterno fuī p̄destinatū xpm̄ mori. J̄d̄ fm̄ hāc legē dicim⁹ fuisse mortu⁹. vñ Lu. xxi. Fili⁹ q̄ d̄az hōis vadit sicut scriptū est de illo. s. ab et̄no. Et ex hoc aliq̄ volūt vt dicit Alex. ij. p. q. i. Qd̄ si adaz nō peccasset rōne hui⁹ p̄destinationis legis et̄ne xps incarnatus et mortu⁹ fuisset. J̄git̄ fm̄ legē et̄nā d̄z mori. Sc̄da lex ē natural̄ q̄ ab. J̄sid. in. vi. Eth̄. sic describit̄. qd̄ ē q̄ d̄az instūct⁹ naturalis cōis oīm. Et hoc naturalis instūctū legim⁹ in sc̄do de aialib⁹. Alberti magni q̄ sūt q̄ d̄a aialia q̄ instūctū naturalis inducta sibi p̄p̄s mortē p̄curāt: vt p̄ d̄ fenice. Que post quin gentos ānos cū sit auis sola: igne succenso et sibi parato seip̄az p̄icit & occidit. P̄terea & Pellican⁹ seip̄sū rostro occidit: s̄guinē de gutture emit vt filios suos foueat. Nā serpēs p̄ seip̄ pelicanū. & dū abest nidū intrat & pullos occidit. Pelican⁹: rediēs tribus dieb⁹ pullos suos plāgit tertio die rostro se vulnerat: & de s̄guine suo aspgit et viuificat. Ita xps bñdictus filios suos s̄guine viuificat a dyabolo occisos: atq̄ fouet: Sc̄dm̄ legē hāc naturalē d̄z mori. Tertia lex rē. Uet⁹ testamentū clamat. Clamāt patri archē: clamāt p̄phete oīno xps mori de-

bere: vt p̄pheta d̄cta impleant op̄z mori. O iesu benigne. Tercio rōne rē. volunt iuriste. C. de accusa. Et cano. xliij. q. i. c. siluester Qui ex adulterio est natus nō est capax hereditatis nisi legitime. Ad p̄positum. Usq̄ ad hanc diē ex pctō p̄mōz parentū natura effecta est spuria. David in ps. Ego seruus tu⁹ suz rē. Et p̄ha. Natura humana multipliciter est ancilla sed hodie xps p̄ suū s̄guinē legitima uit nos et capaces fecit hereditatis et̄ne. Un̄ poeta vulgaris. hō vt mortalis posset iā resurgere. Cōuenit dei filiū scelera abluere. Mortis turpis sime sese dedicare vt p̄mptū hōiem posset liberare. Et sic patet rōnib⁹ xpm̄ mori necessarium fuisse. Un̄ dicit hodie rē. Incipit ordo hystorie passionis. Cū em̄ xps bñdictus fecisset illud miraculū miro mō stupēdū de suscitacione Lazari feria. vi. an̄ dñi cā de pas. vt sūt hodie dies. xv. fuit aut̄ a deo oib⁹ notū q̄ iudei inceperūt in uidere xpo: eo q̄ p̄plus ex miraculis et vita bona eū seq̄bat. Un̄ videntes pharisei et scribe signa magna lazari miraculū inuidebāt: q̄ inuidia erāt pleni. Qz iuxta hier. in epitaphio. s. pauli. Semp̄ h̄rutes p̄sequit̄ inuidia J̄pe quoq̄ dñs n̄r iesus xps zelo iudeoz crucifix⁹ ē. statiz post sextā feriā p̄gregari sūt i domo cayphe q̄ erat pōtifex anni illius & p̄lm̄ regebat āno illo. & dixerūt illō. Jo. xi. Quid facim⁹ qz hic hō multa signa facit: si dimittim⁹ eū sic oēs credēt in eū: & veniēt romani & tollēt locū n̄r̄z gētē. J̄z Tho. in Cath. Romani ordinauerūt vt nullus rex p̄stitueret nisi put̄ ipi mada rē: & iō timuerūt q̄ si romani audirēt q̄ xpm̄ regē p̄stiterent veniēt & locū gentē acciperēt: eo q̄ pactū fecerunt cū romanis nō h̄ndi aliū regē q̄ cesarē. Un⁹ aut̄ ex eis Cayphas noīe surgēs dixit. Vos nescit̄ q̄c̄p̄ nec cogitatis. Expedi em̄ vt vn⁹ hō moriat̄ p̄ p̄plo & nō tota gēs pereat. Alia intentionē habuit cayphas: alia sp̄s

sanctus. Intendebat cayphas vt xps
 occideret priusq̄ a romanis captiua
 ret. Spūs aut̄ sc̄tus q̄ p̄ os suū pphe-
 tauit intellexit expedire vt xps occi-
 deret: vt hō liberaretur de manu dy-
 aboli. Ab illo aut̄ die cogi. euz̄ inter-
 fi. Vñ ad psilū istū cayp̄he concordā-
 uerunt q̄ mori deberet. De hoc consi-
 lio p̄ hos David ps. xxxiiij. Consiliū
 fecerūt in vñ. ⁊ Jo. xi. Collegerunt
 p̄n̄tices ⁊ pharisei consi. aduer. xpm̄
 Scribit̄ i decre. xi. q. v. c. pauper. Qd̄
 in of̄ silio vbi agit̄ de crimine aduer-
 satur ne cōdēnet̄ innocēs ne p̄ternit̄
 tatur ordo iuris: ne in aio iudicis sit
 iracundia: s; in cōsilio istoz̄ totuz̄ in
 oppositū fuit: id̄ fuit iniquū ⁊ iniustū
 De hoc cōsilio impleta est pp̄hetia ⁊ fi-
 gura. P̄rio pp̄hetia Esa. xxx. Ne filiū
 desertores vt faceretis consiliū: s; nō
 ex me et ordit̄ emini telā ⁊ nō p̄ sp̄m̄
 meū. Sc̄do figura Sen. xxxvij. de Jo-
 seph. Ecce sōniator venit venite occi-
 dam⁹ eū. vñ cōparat̄ aui padisi. De q̄
 Alber. xij. de aialib⁹ q̄ ab oibus au-
 bus auide audir̄ p̄pter dulcē cātū: ni-
 si q̄dam serpētes q̄ fugiūt in cavernis
 Moralit̄. hec auis ē xps. q̄ dulcē cā-
 tauit in finombus suis q̄s libēter au-
 diebāt p̄sone timorate. S; serpentes
 i. pharisei ⁊ scribe q̄ nō poterant ip̄m
 audire fugiebāt eū ⁊ in latibulis ps̄-
 lia faciebāt. Vñ ip̄e p̄ os dauid in ps.
 xl. di. Verbū iniquū cōstruerūt aduer-
 sum me. Ex hoc psilio illa dñica s; de
 passiōe: qz̄ tunc xpī mors fuit ordina-
 ta. Sc̄tēs aut̄ iesus q̄ ei⁹ mors suē at
 ordinata quē nil latet. heb. xiiij. Oia
 nuda ⁊ apta sunt rē. In ps. Dñs scit
 cogitationes hoīm rē. De partib⁹ il-
 lis abscessit ⁊ abscondit se in quodā of̄-
 to: qd̄ erat iuxta ciuitatē noie effren-
 qz̄ nōdū erat hora ei⁹: ⁊ ibi manebat
 cū apostolis suis. Rex aut̄ Abagar⁹
 qui lepra maxima detinebat̄ sciens
 xpm̄ ibidē esse misit litteras di. Aba-
 garus Lucane frater Jesu saluatori
 nro salutē. Intellexi q̄ sine medicinis
 infirmos sanas: mortuos suscitās: ce-
 cos illuminas. Vñ de duobus vñ crō-
 do aut q̄ sis de⁹ in forma hoīs: aut fi-
 lius dei. Jō rogo vt ad me venias vt
 missis iudeis: ⁊ te cū meis honorabo
 Tūc iesus r̄ndit: De hoc q̄ credis de
 me bene facis: qz̄ beati q̄ non viderūt
 et crediderunt. Venire aut̄ ad te non
 possū: qz̄ oportet opus obedientie pa-
 tr̄ mei implere q̄ me misit: s; i breuē
 mittā vñ ex meis apostolis: q̄ cura-
 bit te a lepra tua. Et ille fuit beatus
 Thade⁹. In isto igit̄ deserto stetit vt
 qz̄ ad sabbatuz̄ qd̄ est añ palmar̄ dñi
 caz. In isto sabbato recessit ⁊ cepit ve-
 nire versus hierusalē. Et veniendū
 transiuit p̄ partes Samarie ⁊ galilee
 Dicebatq̄ apl̄is suis. vt habet̄ Mar.
 xx. ⁊ Luce. xvij. Ecce ascendim⁹ hie
 rosolymā: ⁊ consumabunt̄ oia que scri-
 pta sunt de filio hoīs. sicut ad amicos
 suos suā reuelat̄ passiōez. Cur dixit
 de filio hominis ⁊ nō de filio dei: Rñ
 deo sū Tho. in Cath. q̄ ea q̄ scripta
 erāt de eius passiōe. ad eius humani-
 tatē p̄tinebant. que sola passa est. Ses-
 quit̄. Tradetur em̄ gentib⁹ id̄ est pha-
 riseis. Tradet̄ a iuda. et iudeis a pi-
 lato. Et illudet̄: p̄mo ab herode. Se-
 cundo a pilato et militibus. Tertio a
 iudeis. Vñ qui rē. Et non intellexe-
 runt verbuz̄. Quare hoc essent verba
 leuia. Rñ deo sū Tho. vbi. s. qd̄ tr̄-
 bus rōnibus. P̄mo quia nimis ama-
 bant eum. Ideo eius mortem audire
 non poterāt. sicut mater q̄ filiū diligit̄
 nimis temere. non potest audire ver-
 bum de eius separatiōe. Sc̄do qz̄ cre-
 debant verū esse deū: vñ suspicari nō
 poterāt ip̄suz̄ fore morituruz̄. Tertio
 qz̄ credebant ipsum parabolice loqui
 sicut ip̄se faciebat. Deuenit tandem
 Bethaniā ad castrū Marthe. In hoc
 possumus videre q̄ mortez̄ pp̄ta vo-
 luntate sustinuit. Vñ de hoc aduentu
 impleta est duplex pp̄hetia. P̄mo
 Esa. liij. Oblatus est quia ip̄se voluit
 Secundo David in ps. xxxix. Facere
 voluntatez̄ tuā deus me⁹ volui. In be-
 thania erat inf̄ sua. Quod vidēs sit

Bene veniat filius meus: quē non vidi
 s̄ plurib⁹ dieb⁹. Si non hō leprosus
 quē dñs sanauerat fecit x̄p̄o apl̄is et
 Lazaro conuiniuz gr̄ade. in quo erāt
 plures iudei q̄ illuc venerant: vt laza-
 rus suscitati viderēt: et audirēt aliqd
 de alia vita. Lazarus autē loquebat̄
 de alia vita. De paradiso: inferno et
 similibus. et x̄p̄o ex̄ite in cena cū apo-
 stolis. Maria magdalena accepit vas
 vnguento p̄cioso pleni. et effudit su-
 per caput iesu et unxit pedes eius et
 extersit capillis suis: et domus imple-
 ta est mellis et odor illo. S̄ querit̄
 dubiū. Cur Magdalena nō fecit h̄ac
 vnguentō ante cenaz vel post. R̄ideo
 fin Aug. lib. de v̄bis dñi. Quia iudei
 q̄ venerant ad vidēduz Lazarū ip̄m
 interrogabant de alia vita et de mor-
 te. Et si dolor mortis erat ita magn⁹
 iuxta illud philoso. iij. Eth̄i. Mors ē
 vltimū terribiliuz. Et Lazarus dice-
 bat q̄ nos est creatura viuēs que pos-
 set imaginari illū dolorē. Tūc x̄p̄s au-
 diens et sciens q̄ cito debebat pbare
 illuz dolorem mortis fortiter cepit: su-
 dare et tremere. q̄ erat homo sicur
 nos: quo ad humanitatē. et quia ma-
 ria magdalena hoc viderat accepit
 hoc vnguentum vt eū cōfortaret. Vñ
 eū unxit q̄ ab eo sepe audierat illum
 moriturū. De hac sacra vnguentōne imple-
 ta est p̄phetia. Dan. ix. Septuaginta
 hebdomade abbreviate sūt sup̄ ppl̄m
 tuuz vt deleatur iniquitas et fin ē ac-
 cipiat pct̄m: et vngat̄ sanctus sanctorū.
 Videns autem iudas vnguenti effu-
 sionem cuz posset v̄dē: quia erat ma-
 gni valoris vertit se ad alios dī. Ut
 quid perditio hec vnguenti facta est
 Alij indignabantur p̄pter pauperes
 quibus iudas persuaserat. Judas dice-
 bat p̄pter lucrum: quia fur erat et
 loculos habens: ea que mittebantur
 ipse portabat. Habebat enim vxorem
 et filios quib⁹ dabat ista bona que fu-
 tabat. Sciens iesus indignationem
 iude et aliorum dixit. Ut quid molesti
 estis huic mulieri. Opus enim bonuz

operata est in me. q. d. hoc fecit ex in-
 tentione pietatis: quia x̄p̄s inquitū
 homo paup̄ fuit: hoc fuit opus pietas-
 tis. Inquantū vero deus op⁹ fuit de-
 uotiōis. Et meli⁹ fuit hoc facere x̄p̄o
 q̄ alijs paup̄ibus. Vñ dixit. Paupes
 semp̄ habebitis vobiscuz: me autē non
 semp̄ habebitis: sc̄z ad p̄sentia corpa-
 lem quomodo nūc. Preuenit vngere
 corpus meū in sepulturā. q. d. hoc fecit
 ad p̄benduz talē deuotionem qua-
 lis solēt dare corpib⁹ sepeliendis. vñ
 nō debetis murmurare. Quā apostoli
 hoc audierūt penitentiā egerunt. Iu-
 da excepto. Judas autē cogitabat quō
 posset lucrari valorē vnguenti effusi.
 Veniente autē dñica oluaz de mane
 x̄p̄s recessit de bethania et ibat iheru-
 salē cū apl̄is suis. Et cū appropin-
 quass̄ Bethpage iuxta mōtes oluaz
 ruz q̄ est villa vocant̄ Petrus et phi-
 lippuz diceb̄. Ite in castelluz quod cō-
 tra vos est. Castellū hoc erat hieru-
 salē. Sed querit̄. quare nō dicit ciuitatez
 cuz esset metropolitana ciuitas. R̄ia
 deo fin Tho. vbi s̄. q. duplici ratione
 p̄tina sūt p̄m in politicis: q̄ ciuitas
 dicit̄ a ciuū vnitare: vñone p̄-
 uaga erat: et maximo erat odio reple-
 ta. Secunda rō: q̄ reducenda erat in
 modum castri p̄pter christi passiones
 a Tito et Vespasiano romanis. Inue-
 niētis asinaz. Ista erat deputata pau-
 peribus ad aquam accipiendaz: quia
 ciuitas in monte sita erat. De ista asi-
 na impleta est p̄phetia zac̄ha. ix.
 ecce rex tu⁹ venit tibi mansuetus se-
 dens super asinam. Que asina spiri-
 tualiter significabat naturam huma-
 nam que erat ligata in manu dyabo-
 li: vnde ipsam deduxerunt ad christū
 Interim noua vadunt hierusalem: q̄
 iesus nazarenus venit hierusalem.
 Statim parui et magni obuiam chri-
 sto agminatum occurrerunt vt illum
 honorarent: q̄ steterant plures dies
 q̄ ipsum non viderant. Eundo pueri
 clamare ceperunt. Osanna filio da-
 uid. et. Cum rantis in via et vestimē

Feria sexta

ta associabatur. Et fuit maior honor
q̄ vnq̄ habuerit in p̄senti vita Phari
risei hoc videntes murmurabant ad
uersus ap̄los quibus dixit x̄ps. Sini
te illos: q̄ si pueri tacebunt lapides
clamabunt. Appropinquas aut̄ ciui
tati fleuit sup̄ illā dicēs. Si cognouis
ses. 2c. Scdm̄ s̄n̄iaz Tho. vbi s̄. Sex
vicibus fleuit p̄ssimus iesus in p̄nti
vita. Prima in sua natiuitate. Sap̄.
vij. Primā voceꝝ similem om̄ib⁹ emi
sit ploras. Secdo in circūcissione. Ter
cio in morte lazari. Quarto sup̄ ciui
tatem hodie. Quinto cū lachrymis et
clamore in cruce. heb. v. Cū clamore
valido et lachrymis offerens. Sex
to iude pctm̄. Cum vidisset euz ait e
uangelista. turbatus est. s. iesus. Su
per quo Aug. Dñs noster delictuz iu
de fleuit. O quanta dei misericordia.
Traditus pro traditore dolet: pdit⁹
pro pditore turbat̄. Sed quare fleuit
sup̄ ciuitateꝝ. Rñdeo q̄ duplici de cā
Prima p̄pter ciuitateꝝ q̄ debebat fun
ditus eueri. Scda super seip̄z fleuit
considerans confusionem que debe
bat sequi: que fuit iuxta quinq̄ hono
res. Primus fuit honor obedientie a
postolor̄ ad soluendum asinaz. Con
fusio sequitur: q̄ eū negauerunt. Se
cundus honor quia populus euz asso
ciauerūt eum extra ciuitatem posita
super humeros cruce. Tercius. q̄ po
pulus cū ramis comitatus est eū. Cō
fusio sequitur quia ramis et flagellis
fuit crudeliter flagellatus. Quartus
vestimentorum suppositio. Confusio
sequit̄. quia fuit denudatus in cruce.
Quintus fuit laus et cantus di. O san
na filio dauid. Cōfusio seq̄t: quia om
nes in die veneris sacre clamaere.
Cru cifige. 2c. Tolle eū. Uah qui de
struis. 2c. Quid ergo mirū si dñs fle
uit cū honorat̄. Iustus em̄ et prudens
cū honoretur: nō gaudet sed timet: sci
ens q̄ gloria mundi huius cito trāsit
Unde Sen. Omnis fortune felicitas
instabilis est. et Boe. de cōso. Qui me

felicem totiens iactastis amici. Qui
cecidit stabili non erat ille gradu. et
Vulga. Expedi atiam lachrymis p̄be
re consensus: et mestis oculis p̄p̄t̄ iu
stum dolore scio nanq̄ quāruꝝ iustus
luctus satisfaciat. Similiter licet p̄ ex
ius dolore plorare q̄ a statu cecidit
felicitatis. Sequit̄. Intrāte iesu ciui
tate cōmota est ciuitas dicens. Quis
est hic. Dicitur eis. Iesus nazaren⁹.
Fuit in tēpluz p̄us: quia Marthe. vij.
Primuz q̄rite regnuz dei. Et inuenit
quod sibi fiebat mercatum. Iratus fla
gelluz fecit et dixit eis. Scriptum est
est. Dominus mea domus ofoms voca
bitur. Vos aut̄. 2c. Auserte ista hinc
et eiecit eos de templo. Super quo di
cit h̄tero. q̄ nunq̄ legimus x̄pm̄ iraz
ostendisse nisi hic. Multa em̄ oppro
bria sepe audiuit. et nunq̄ vindictam
expet̄it nisi modo. Et rō hec est: quia
ille alie iniurie erant sue. pp̄rie: ideo
eas vindicare noluit. Ista aut̄ erat pa
tris iniuria: vt daret̄ exēpluz q̄ in p̄
p̄rijs iniurijs patientiā fuemus. Sz
in his q̄ sunt dei non. Sed q̄rit̄. Dix̄
quō iudei talia sustinerēt. Rñdeo eo fm̄
Tho. vbi s̄. quia de facie x̄pī exibat
q̄daz fulgor mirabilis q̄ om̄is intrinse
cus querebat. Nō nullus p̄radicere
audebat. Immediatē hoc facto cepit
p̄dicare. et accesserunt ad euz plures
infirmi et sanauit eos. Ubi dicit Au.
in lib. de consensu euange. Quod x̄ps
tanta miracula fecit in his tribus di
ebus. quanta fecerat tēpore elapso.
Uidentes hec pharisei accesserūt ad
iesum dicentes. Qd̄ signum ostendis
nobis: quia hec facis. Tunc iesus vo
lens ostendere suam mortez dixit eis
Soluite. i. soluens templum hoc per
mortem: et triduo excitabo illud. i. ter
cia die: cum a mortu is resurgam. Et
tunc apparebit vere q̄ sum deus: et q̄
mihi pertinet habere c̄bram de tem
plo meo et domo patris mei. Iudei nō
intelligentes dixerūt. Quadraginta
annis edificatū est templum hoc. 2c.
Nō intelligebāt de. 2c. Facto aut̄ ve

In parasceues. Fo. Cxxxij.

spere itez redijt i bethaniã. ad domũ Lazari ⁊ soroz: quia forte nullus est in hierusalẽ inuitauit ad prandendũ feria secũda post palmar ramos venit iteruz iesus in templuz ⁊ cepit p̄dicare de die iudiciũ. Erunt signa. ⁊ c̄. Et pdixit illa signa q̄ p̄ueniẽt iudiciũ: ⁊ hoc totuz vt timore iudeos deterreret a peccato ⁊ postmodũ miracula fecit: iterunq; redijt in bethaniã. feria tertia venit de Bethania in templuz ⁊ ibi pdixit suam passionẽ dicens. Si exaltatus fuero a terra. s. super crucem omnia traham ad meip̄ suz. Tunc iudei obtulerunt mulierez in adulterio dephensaz ⁊ ip̄m examinauerũt: vt in finẽ illuz p̄phenderẽt. Magister modo hec mulier. ⁊ c̄. Et iesus. Qui sine peccato est vestrum. ⁊ c̄. Uñ absoluit eaz dicez. Uade ⁊ noli a plus peccare. Unde subiũxit iudeis. Amodo ñ me videbitis donec dicat; Benedict; ⁊ c̄. Recessit ab eis ⁊ itez venit in Bethaniã: ⁊ stetit ibi p̄ totã diem mercurij. Principes sacerdotũ videntes iesuz abiisse hñtes in memoria sbuz illud qd̄ dixerat. Non me videbitis: putauerunt q; vellet subterfugere ab eis. Congregati sunt feria iij. mercurij in atrium p̄ncipis Cayphe ⁊ ibi consiliũ fecerũt vt iesuz dolo tenerent ⁊ occiderẽt: non de morte p̄siliũ: q; itaz ordinata erat sed de modo capiendi. Unde dicebãt adinuicẽ. Non in die festo: ne populus qui ip̄sum diligit adiuuet. Alij dicebant in die festo hora cene: quontaz oēs sunt in domo. Sed deo inspirante statutũ est q; ea die qua agnus debebat immolari. s. die parasceues. Tunc iudas scarioth audies hos p̄gregatos abiit ad eos in die mercurij. ⁊ in consilio locutus est principibus dicens. Quid vultis mihi dare ⁊ ego euz vobis tradam: In voluntate eorum posuit precium ad modum latronum volentuz de rebus furtiuis se expeditre. qui audientes gauisi sunt. At illi obtulerũt ei triginta argenteos. Die mercurij

rij carnes comedi non debẽt: quia eo die vendita est caro xpi. O iuda puer se: vt quid vendis dñm tuuz? O iuda quã retributionẽ facis illi q; te de mũdo vocauit. pctm̄ dimisit: pcuratores te p̄stituit: miracula faciẽdi p̄tãtẽ tribuit. Sup̄ q; clamat ber. O iuda mercator pessime. O pditor auarissime: cur non petisti. a matre triginta argẽteos. Et q; paupcula erat aut mẽdicasset. aut seip̄am poti; vẽdidisset dedissetq; tibi p̄ciũ ne filiũ suuz p̄deres innocentẽ. hec ille. De hac pditione impleta est p̄phetia ⁊ figura. Primo p̄phetia zachã. xi. Appedeẽt mercedẽ meã. xxx argẽteos. Scõo figura. Gen. xxxvij. de ioseph qñ fuit a fr̄ibus suis vendit; h̄ismaelitis. xxx argẽteos. godofredus viterbiensis i suo p̄theon dicit de istis argenteis. Qd̄ rex assyriorum Ninus: fecit fieri hos denarios eis ipsa figura regia. Qui nũmi venerũt ad man; abrahe ⁊ eos portauit in Canaã qñ iuit cum Sarra vxore de quibus emit agros. his etiã est empr; ioseph ab h̄ismaelitis: quos tenuit phares in capsula sua. Regina Austri obtulit eos in tẽplo dñi: quos Nabuchodonosor exproliato tẽplo derulit in babiloniã: ⁊ dedit stipendiarijs suis ⁊ illi regib; sabba ⁊ illi ad nutũ stelle xpo obtulerũt seaurũ. Dicit auruz: q; antiq̄tus oẽ metallũ argentum vocabatur etiam aurum. Ex his pecunijs venditus est xps. hec ille. ad p̄positum. iudas autẽ ex hoc q̄rebat oportunitatem vt illuz traderet. Cras inquit eis veniã ad vos qñ videbo horam ⁊ in om̄ib; dirigam vos. vt non erretis. ⁊ do vobis hoc signũ captiõis. Quencunq; osculatus fuero. ⁊ c̄. Et hoc dixit pp̄ iacobum minorem christo similem. Pulchra meditatio. In hac eadẽ die cenãte domino die: scilicet mercurij cum discipulis suis in domo marie ⁊ marthe. et matre eius cum alijs mulieribus in alta parte domus. Magdalena ministrans domino rogabat

Feria sexta

dicēs. Magister scitis memor q̄ facia-
tis hoc pascha nobiscum nec denege-
tis. Quo nullatenus acquiescente s̄
dicente q̄ in hierusalem faceret pas-
cha. Illa cū sietu recedens vadit ad
dñam ⁊ his ei narratis rogat vt ipsa
roget ip̄m vt. s. pascha cum eis faciat
Cena facta vadit Iesus ad matrem ei
p̄bens suam p̄ntiam quam breui t̄pis
spacio subtrahere volebat. Tunc ma-
gdalena vadit ⁊ ad pedes eorū se po-
nit di. Marie. O domina inuitabam
magistrum nostrū vt hic faceret pas-
cha. Ip̄e vult ire in hierusalem. Vere
capiet ibi a iudeis. Non pmittat̄ eū
ire. Ad quem mater. Fili mi rogo vt
nobiscū maneas ne capiaris a iude-
is. Dixit xp̄us. Non possum o mater
mea. Impleri oꝝ illud p̄pter q̄s a pa-
tre missus sum. h̄is colloquentib⁹. qz
feria. v. in mane debebat comedi de
agno paschali. put erat p̄ceptū. In
Leuitico. xij. Dicunt apostoli ad xp̄m
Ubi vis paremus tibi comedere pas-
cha. quia. s. non habebant domū. Et
ait iesus. Ite in ciuitatē ad quendam
⁊ occurret vobis homo amphoraz aq̄
baiulans. Sequimini eum ⁊ dicite. Ma-
gister dicit. Ubi est locus vbi pascha
cum discipulis meis manducem. Et
ipse ostendet vobis cenaculū gran-
de. id est vnā magnā salam ⁊ ibi pas-
cate. q̄ sunt necessaria. Intrantes do-
mū cuiusdam viri p̄bi qui erat the-
saurarius ⁊ cōseruator omnium loca-
lium herodis regis. Itaq̄ sub custo-
dia sua habebat vasa argētea ⁊ cati-
nuz vnde cōmunicauit. Obtulit domū
⁊ catinum ⁊ omnia necessaria aposto-
lis. Sciens autē Iesus q̄ hora venit
vt transeat de hoc mundo ad patrem.
Et volēs in hierusalem ire ad pascha
comedendū cū apostolis iuis matrē
secrete vocauit dicens. Mater mea
dulcissima audi me oro patiēter. scis
enim q̄ impleri oportet q̄ per oracu-
la prophetarum de me scriptum est.
Necesse est me mori pro salute huma-
ni generis. ⁊ nunc est tempus immo

lattonis mee. Ideo o mater mea nolī
dolorē de me percipere. iaz p̄dāa
quia p̄ certo reuertar ad te: ⁊ tertia
die resurgaz. In monte syon crastina
die faciaz pascha cū discipulis meis
Iam mater mea consilium factū est a
iudeis. vt moriar iam venditus sum
a iuda. xxx. denarijs. Ideo audiens
hoc p̄ia clamare cepit. O infelicissī
ma mater quōd hoc sustinere potero.
Audi fili mi si placet. Tota concussa
sum ad vocē istam ⁊ cor meum dereli-
quit me: video mortem tuam reuocaz
bilem esse quod p̄bo pluribus ratio-
nib⁹. nec te mori oportet. ¶ Primo ra-
tione iusticie. iusticia habet p̄mare
bonos ⁊ punire malos vt patz. xij. q. ij.
c. cū deuotissimam. ⁊. ff. de iusticia et
iure. l. iusticia. ⁊. C. de offi. rectoris p̄
uincie. l. p̄rutum. Boni sunt remunē-
randi: mali nō puniendi. Tu es san-
ctus ⁊ bonus ⁊ nunq̄ maluz fecisti. ij.
Petri. ij. Qui pctm̄ nō fecit. ⁊. Iohā.
vij. Quis ex vobis arguet. ⁊. c. Nō de
peccato cordis: operis: omissionis: iō
mori nō debes: immo viuere cum ho-
nore p̄pter tuas vtutes ⁊ tuaz sancti-
tatē. ¶ Secūdo est rōne scripture. Scri-
ptura eū dicit. Exo. xxij. Innocentēz
⁊ iustū nō occides sed tu es innocen-
tissimus. igit̄ non debes mori p̄cipue
morte violenta. ¶ Tercio rōne culpe
Scriptum est Ezech. xvij. Mā q̄ pec-
cauerit ipsa moriet̄. sed tu fili nunq̄
peccasti. nō pctō originali: qz de spiri-
tusctō es conceptus. ⁊. c. non mortali.
Quarto ratione fame. Unūq̄sq̄ debz
conseruare famā suam quantum p̄t
Ecclesiast. xli. Curā habe de bono no-
mine. ⁊. puer. xxi. Meli⁹ est bonuz no-
men q̄ diuicie multe. Eccl. vij. Meli-
us est nomē bonū q̄ p̄ciosa vnguēta.
Tho. ij. ij. q. lxxij. ar. ij. Inter res t̄ps
les fama videt̄ p̄ciosior. ⁊. Phi. vi. Es-
t̄hi. Oēs honore appetūt. In li. Icoñ.
Multo grauius fert aliquis si hono-
re suo priuet̄ q̄ si bona sua auferent̄
Ad p̄posituz. Tibi maxima infamia
erit. Et q̄ fecisti cū tanto labore erāt

In parasceues. Fo. Cxxiii.

perdita. Quale scandaluz erit de te. Ad hoc euitanduz non oportet mori. ¶ Quinto est rōe reuerētie. Scriptū est. Exo. xx. honorā p̄ez tuū et matrē suā. Naz honor filij est honor p̄ris et matris: et ecōuerso. Confusio filij est ofusio parētū sicut de illis q̄ in furca suspēdunt. Quale vituperiūz erit mihi o fili mi si tanq̄ reus eris crucifixus: ideo nō debes facere talē mortē: ne matri vituperiū sit. ¶ Sexto est rōe amicitie. Officiū vere amicitie ē amico dare solatiōnez in tribulatiōibus nō dolorem. ff. de offi. p̄sidiis. l. diuis. Afflictiō nō est danda afflicto sed potius eius miserie miserendū ē. Igitur si ad mortē p̄peras fili mi: ad iūgis dolerē dolori matris tue. Istis sex rōnibus non videtur q̄ mortēz subire debeas. Audiēs autē x̄ps talia matris sue: voce lachrymabili dixit: q̄a m̄ez videbat m̄stā. Mater mea op̄ est vt moriar. Quā oportunitatē tibi ofido sex rōnib⁹ cōtra tuas. ¶ Prima ratione diuine mie in operib⁹ dei in lucia et mia d̄z reperiri. ps. viij. Misericordia et veritas obuia sibi. iusticia et pax osculate sunt. Iusticia oīsa est in p̄mis parentibus: q̄ fuerūt ex pl̄i de paradiso terrestri p̄pter pct̄m iobediētie: et demones de celo. Et s̄a cti patres in lyngo sunt positi p̄nati diuina v̄sione: misa non est ostensa. Unde pater celestis volens ostendere suam misericordiam que per multos annos in celo stetit. ps. Dñe in celo misa tua. Voluit me pati in cruce: q̄ melior modus non reperit. ¶ Sc̄do: rōne sapientie. habet p̄hus. i. Meta. q̄ ad sapiam p̄tinet ordinare et gubernare oīa ad debitū sinez. Ordinatum fuit q̄ homo p̄ pct̄m iobediētie mortem incurreret et t̄palem quo ad corpus et sp̄salem quo ad animaz. Gen. ij. Quacūq̄ hora. et. Unde fuit op̄ prouidere huic mortē. Remedium autem hoc est mors mea vt illi uiuant p̄ meam mortem: p̄ obediētiāz patris mei. ad phi. ij. fact⁹ est obediēs. et

¶ Tertio rōne paciētie. Op̄z mori vt exemplū patiēdi alijs p̄beā aduersa et tribulatiōes. i. Petri. ij. X̄ps passus est p̄ nobis. et. Oportet q̄ lim exemplar eis. ¶ Quarto rōne apertionis vt sc̄z apertam portāz paradisi ōz mori: q̄ sicut p̄mus homo clausit paradīsum: sic op̄z vt apertam ipsūm. In cuius figurā Gen. ij. Deus pater cū p̄mus homo fuit expulsus de paradiso ad portāz posuit v̄nū cherubin q̄ illā haberet custodire: igitur me mori op̄z mater mea: vt sic facti p̄fes ascendat illuc. ¶ Quinto rōne spei. Oportet me mori mater mea cara: vt tribuā spem salutis anime deuote. Vñ si non esset mors mea non erit alicui spes salutis nec p̄ribus q̄ in lyngo sūt. et. ¶ Sexto rōne impletionis. Ut figure p̄pharum impleant o mater mea op̄z me mori. Multe sunt figure p̄phetarū q̄ oñdunt mortis mee necessitatē: sicut de serpente eneo. Nu. xxi. q̄ x̄pm figurabat. De aḡ paschali. Lem. xij. De pellicano. et. Vñ mater mea dimitte filiūz tuū vt hierlm̄ eat ad pascha celebrandū. Virgo asit his rōnib⁹ auditielac̄seuit. X̄pus asit lachrymas p̄tinere nō poterat. Vñ genib⁹ flexis petijt b̄ndictionez di. Da mihi o mater b̄ndictionē. et. Et virgo videns filiū velle ab eis recedere cum apostolis cum lachrymis dixit. Sit benedictuz caput istud q̄ predicauit: q̄ docuit: quod tanta miracula fecit: cecos illuminauit. et. Sint manus benedictę: sint benedicti pedes: q̄. xxx. annis super terraz ambulādo sanctificauit eas: sit torum corpus. Et mater ecōtra dixit filio. Ego mater infelix: quia priuor filio meo da mihi benedictionem tuam. Sis b̄ndicta semp mater mea. Sit caput b̄ndictū. et. et sic recessit ab ea. Recess⁹ filij gladi⁹ fuit: martri: et magdalene. Iter asit arripens versus hierlm̄ ibat. Martha autē euz Magdalena et alijs mulierib⁹: modo ad fenestrā: mō in loco vno: mō i alio circuibat quousq̄ b̄ndict⁹ sponsus vi

deri poterat. Exclama. O mat si scires quo rēdit filius tuus. O Magdale na. O Martha. rē. Posit⁹ autē in mensa cū. xij. et comedēs cepit iesus suspirare et dicere. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscū anteq̄ patiar: q̄ est vltima cena. Cū in hac cena fecit tria q̄ p̄suevit paterfamilias facere q̄n est itur⁹ ad ptes longinquas: vt eos p̄fortet de suo recessu: vt nō turbent. Primo remittit iniurias si q̄s eum offendisset. Anteq̄ cena esset p̄pleta surrexit de mēsa et se exposuit veste superiori et p̄cinxit se linteis theo posuitq̄ aquā in peluim: et cepit lauare pedes discipulorū suorū. Incipiens a iuda: vt dicit Criso. Volēs ipsuz a malicia sua reuocare. Et vt daret nobis exēpluz: inimicis n̄is hūanitatis officia exhibere. Ipse autē vt arrogans nō reuocauit. Et postea venit ad Sim̄onem petrū. Qui videns q̄ in das non reuocauerat dixit. Dñe tu mihi laua pedes. Qui dixit. Qualis est p̄sumptio mea vt dñs lauet seruū. Non lauaabis mihi pedes in eternum. Cui dñs. Petre quod ego facio nescis modo: scies autē postea. Vidēs petrū resistētē: ait ei. Si non lauero te non habebis p̄ter mecū. Et tunc petrus territ⁹ dixit. Dñe non tñ pedes s̄ et manus et caput. s. potius q̄ separer a te. Tūc ait x̄ps. Qui lot⁹ est nō indiget nisi vt pedes lauet. Id est ille q̄ est baptizat⁹ est lot⁹. Ponamus q̄ faciat a liq̄o petm̄. Non peto aliud dixit iesus nisi vt pedes. i. bonā volūtatez habeat et tunc est mūdus tot⁹. Vos mūdī estis s̄ non oēs. s. iudas. De ista lotionē cōpleta est p̄phetia Isay. i. Lauamini: mūdī estote. Au. ma. co. v. f. de cordibus v̄s̄is. Postq̄ x̄o lauit pedes singulorū accepit vestimenta sua et itez rediit ad cenam et dixit. Scitis qd fecerim vobis. Vos vocatis me magister et domine: et bñ dicitis. Sed et eim̄ si ego laui pedes vestros magister et dñs. et vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exēplū em̄ dedi vobis. rē.

Jo. xij. i. officia humanitatis et humilitatis exhibere. Ecce p̄mūz qd fecit. Scdm̄ qd eis fecit in cena illa fuit locale sui corpis vt ab ipsis recedens de ipso recordarent. Illis manducantibus accepit panē in manibus suis et leuauit oculos in celum: et bñdixit ac fregit deditq̄ discipulis et ait. Accipite et comedite. Hoc est corpus meū qd p̄ vobis rē. Et stat in virtute verborū x̄pi panis quersus est in verū corpus x̄pi. Postea accepit calicē cuius vino et bñdixit et dedit discipulis suis dicens. Hic est calix rē. vsq̄ p̄ctōz. hoc facite in mēsa mēmoratōne. Cū conuersus est vinū ad illa verba in sanguinē. Et tunc p̄mo cōmunicauit se: et postea discipulos suos et iudam similiter. Sed querit dubium. Utrum x̄ps bñfecerit cōmunicando iudaz quez sciebat esse in p̄ctō mortali. Rñdeo q̄ sic: qz p̄ctm̄ illi⁹ erat secretū. Cū n̄ debebat p̄sulari. De ista potatione impleta est p̄phetia et figura. P̄io p̄phetia. Can. v. Bibite vinū et inebriamini: k̄m̄. ij. Figura de pelia cui angelus apparuit. i. Re. xij. Comede et bibe rē. Et tunc in cena illa post communionem facit illos omnes sacerdotes. Et petrum fecit suuz vicarium: dicens illi. Ego rogavi pro te petre: vt non deficiat fides tua rē. Stans autē ad mensam et considerans amorem et humanitatem quam ostenderat iude. Intra se ipsum turbat⁹ dixit. Amen dico vobis quia vnus vestroz me traditurus est. Tunc apostoli tremefacti ad hanc vocem in faciem adinuicem aspicientes bant querētes de quo diceret. Unde et possunt singuli dicere. Nunq̄d ego sum dñe. q. d. non habeo conscientiaz tanti sceleris. At iesus rñdit. Qui intingit mecum manum in parapside h̄c me traditurus ē. Ex hoc dicto nō innotuit eis quis esset: qz omnes. xij. in vno catino comedebāt. Noluit manifestare ipsum quia petrus euz dentibus lacerasset. Fili⁹ quidem hominis vadit. scz spontanee ad passionē

sicut scriptum est de illo. Veruntamē
 ve homini illi per quem filius homi-
 nis naderetur. Bonuz erat ei si nō fuisset
 natus homo ille. i. meli⁹ fuisset q̄
 fuisset mortuus ante natiuitatem ex
 vtero. quia punitus fuisset p peccato
 originali tantum: ad lymbuz iuisset
 modo ibit ad infernum. Tunc petrus
 signuz fecit Johanni Inter quos ma-
 xima erat amicitia qui erat plus xpo
 familiaris: si sciret quis esset pditor
 Et Joh. posuit caput suuz in sinu xpi
 et dixit: Domine quis est qui tradet
 te. Dicas mihi o magf bone. Et xps
 respondit Ille est cui intinctum panē
 porretero Et dedit xps bucellā panis
 iude. Et statim demon maiorē in eo
 accepit potestates. Et dixit illi domi-
 nus. Quod facis. fac citius. hoc autē
 verbum non intellexit discumbentiu
 aliquis ad quid et ta. e xbum dixerit
 Nec fuit hoc xbum imperatiuz nec
 inductiuū sed retractiuum. Non in-
 tellexerat dico prefatus xbum: quia cre-
 debant q̄ iret emere aliquid p festo.
 Judas autem nolens q̄ aliquis habe-
 ret euz suspectuz dixit. Nunquid ego
 suz rabi. Et xps. tu dicis. Ego non di-
 co. Et statim suri exit iudas et iuit ad
 principes sacerdotum qui eum erpe-
 ctabant Videns q̄ recesserat dixit.
 Filiioli. adhuc vobiscuz modicum suz
 Om̄s vos scandaluz patiemini in me
 in nocte ista. Quia scriptuz est zach.
 xij. Percutiam pastore et dispergen-
 tur. oues gregis: quia scilicet appro-
 pinquat hora in qua ego ero cōprehē-
 sus Sed duz resurrexero pcedam vos
 in galileam Tūc petrus apostoloruz
 pnceps dixit. Et si oēs sacandalizati
 fuerint in te: sed non ego. Similiter
 oēs dixerūt. Rñdit iesus Amen dis-
 cotibi: quia hodie anteq̄ gallus can-
 tet ter me negabis. Et petrus. Et si
 oportuerit me mori tecū non te nega-
 bo Nec mentitus est. Petrus: qz cre-
 debat se verum dicere. Glo. Permisit
 autē deus petrū cadere. vt nemo de
 se presumat Vidēs autē iesus q̄ disci-

puli turbarent de suo recessu quem p̄
 dixerat eos pacificare voluit Ubi pul-
 chruz sermonē fecit eis de pace eos
 pfortando ad illā. Nota Tho. vbi su-
 pra. Quod xps semper in oibus pacē
 voluit primo in aduentu. elegit tps
 pacis ps. Orietur in diebus eius iu-
 sticia et abundantia pacis. Scdo in
 suo ortu Pacem hoibus nunciavit p
 angelos. Luc. ij. Gloria in altissimis
 rē. Tertio quando apostolos ad pdi-
 candum milit. Mat. x. Intrantes do-
 muz primuz dicite. Pax huic domui.
 Quarto in suo recessu ab apostolie.
 Pacē meā doyobis finita cena dixit
 apostolis. Surgite eam⁹: qz forte nō
 erant bene attenti ad sermonē timen-
 tes ne iudei superuentrent ad ipm ca-
 pienduz. Unde exierunt in montē ol-
 ueti: vbi erat villa q̄ dicit getesema-
 ni et ibi finiuit sermonem suuz finito
 sermone egressus est cum discipulis
 trans torrentē cedrō in quendā ortū
 Xps bibit de aqua torrentis. Juxta il-
 lud. De torrente in via bibit rē. et Au-
 gu. dicit. In orto capi voluit vt dele-
 ret peccatū cōmissuz in orto delicia-
 ruz. Et cū introisset dixit eis. Sedete
 hic donec vadā illuc. et oza donec re-
 uertar ad vos. ffigura complera est.
 Sen. xxij. de Abrahā q̄ dixit famulis
 suis duz iret sup montē cū Isaac. Ex-
 pectate hic cum asino. Et assumpsit
 secuz Peirū. Jacobū. Johānez. Et ce-
 pit cōtristari et mestus eē: et ait illis.
 Tristis ē aia mea vsqz ad mortem.
 Scdm Bona. in. iij. di. xv. Tristabat
 de duob⁹. Pzio p tiorē naturali mor-
 tis iminentis: qz sensualitas aie xpi
 mortez recusabat. Scdo tristabat p
 ruina apostolorū et iude Sustinete hic
 et vigilate mecū. Auulsus est ab eis
 quātū ē iactus lapidis: et positus geni-
 bus orabat. Pater sui si possibile est
 transeat a me calix iste. Veruntamē
 non sicut ego volo sz sicut tu Ubi notā
 dū ē fm doctores Qd in xpo fuit q̄
 duplex voluntas.
 Voluntas carnis.

Voluntas sensualitatis.

Voluntas rationis: et voluntas diuinitatis. Prima voluntas carnis et hec nullo modo volebat pati. Secundo voluntas sensualitatis: et hec murmurabat et timebat. Tertio voluntas rationis et hec obediebat et sentiebat. Juxta illud: Isa. liij. Oblatus est: quia ipse voluit. Quarto voluntas diuinitatis et hec impabat: et sententiam dabat. Quia igitur erat verus homo: ideo tristis erat anima eius. Completa prima oratione venit ad discipulos suos: et inuenit eos dormientes. Et ait petro Simoni: dormis non potuisti vna hora vigilare mecum. Petrus qui fuerat prior ceteris gloriatus erat prior ceteris increpatus. Et ait apostolis. Vigilate et orate ut non intretis in tentationem. id est ne a tentatione superemini. quod dicitur. Modus vincendi tentationem: est per orationem. Spiritus quidem et ceteris. Tertio secundo abiit et orauit eundem sermonem dei. Pater mihi si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et factus in agonia: plenus orabat. Erat autem hec agonia finis. Nemo de lyra reluctatio sensualitatis mortem horrentis. Et factus est sudor sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et apparuit angelus de celo confortans eum. id est aliqua verba consolatoria dicens ei. Que verba non sunt in euangelio. Sed quidam dicunt quod verba potuerunt esse talia. Saluto te deus meus orationem tuam et sudorem sanguinem ego obtuli deo patri in conspectu curie celestis. Et omnes peccatores supplicauimus: ut hunc calicem passionis transferat a te. o iesu benigne. Et respondit pater. Nouit filius meus quod redemptio humani generis quam sic optauimus sine morte tua decenter fieri non potest. Ideo si salutem vult animarum operum eum pati propter nos. Quid ergo vis agere o iesu. Respondit iesus. Salutem omnium non volo animarum. Vnde potius eligo mori ut anime saluemus quam ad suam imaginem creauit pater quam velim non mori: et anime non redimantur. Fiat proinde mei voluntas. Et angelus ad eum confortatus. O iesu cito

transibunt penosa et perpetuo gloria succedent. Dicit pater quod semper visibilis est: et quod matrem vestram et discipulos suabit illesos. Et sic recessit angelus. Et dicit bona. in. iij. di. xx. visionem angelum fuisse corpoream. Et post hoc venit ad discipulos suos: et ait illis. Dormite iam et recalescite. quod dicitur. nunc diu potestis dormire: quia nunc hora aparopina quat. Erant oculi eorum grauati et pro verecundia non sunt ausi respondere. Ecce appropinquat qui me tradet. Adhuc eo loquente iudas intrat hortum cum ministris quia timebat ne turba auferret eum ad eis et dixit iudeis. Quemcumque obseculatus fuero ipse est tenete eum. Secundum Thoma. ubi supra: dedit eis tale signum ne loco christi caperent iacobum minore qui erat similis christo in facie: Accedens iudas ad eum obseculatus est et dixit. Auerabi. Cui iesus Amice ad quod venisti. quod dicitur. tu ostendis amicitiam signum: sed perditionem agis de facto. Vel sic. O iuda amice mihi cui si ad patriam redieris: patriam perituro. O iuda quem dilexi: cuius pedem in cena laui. cur me derelinquis. Omnia dei tradidit et pro parte tradidit. O suauitas creatoris. De osculo isto completa est prophetia. et figura: prophetia. id est. psalmus. Qui edebat panes etc. Figura. ij. Reg. xx. De amara salutatio a Joab cum osculo. Saluum me frater ex alia etc. Queritur hic dubium. An si iudas non tradisset iesum et in dei non crucifixissent eum: fuisset redemptus per gentem humanam. Respondet Alexander. s. iij. volu. sum quod sic: quia in tali casu sola voluntas patiens suffecisset ad redemptionem. Turbe autem approximati christus iuit obuius dei. Que quiritis Abierunt retrorsum dicentes Iesum nazarenum. et dixit eis Ego sum. Tertio interrogauit eos: postquam surrexerant ad preceptum eius. Que queritis. ne sic erraret in captiue eius. Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Et iteque ceciderunt retro in terram sic declararetur etc. diuinitatis eius. ij. Reg. vi. De oza: quia archam tetigit percussus retro cecidit. Ita iudei: quia christum etc. Sit

per quo clamat Aug. Ubi nunc militum
 cohortes Ubi terrae et murmur armorum
 Quibus dixit Christus. Dixi vobis: quia ego
 sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire
 scilicet apostolos. Tunc accesserunt et manus
 sinecerunt in Iesum et tenuerunt eum vi
 detes autem hoc discipuli dixerunt Domine
 si percutimur in gladio Ante quod Christus in
 dit Petrus gladio percussit Malchum ser
 uum pontificis: absciditque auriculam eius
 dexteram. Volens percute in capite.
 Sed quare dubium An gladius erat
 Petrus. Criso. Respondet. Quod audientes
 Iudeos contra Christum conspirasse armauerat
 se. Theophilus vero dicit quod habue
 rat ipsum in cena pro usu agni Sed Christus
 auriculam sanauit: et Petrus charitati
 ue redarguit dei. Mitte gladium tuum
 in vaginam An putas: quia non possu
 gare pro me: et exhibebit mihi mo
 do plusquam duodecim legiones angelorum
 tuum Ubi dicit Hieronimus. q. d. non indi
 geo auxilio. xij. apostolorum. Duodecim
 legiones faciunt. xij. milia angelorum.
 Quomodo implebunt scripturae propheta
 rum Calicem quem dedit mihi pater: non
 vis ut bibam illum. Deinde dixit se tur
 bis dei. Tanquam ad latronem existis cum
 gladiis et fustibus comprehendere me.
 Quotidie apud vos eras docens in templo
 et non me tenuistis Tunc illi apprehen
 derunt Iesum et ligauerunt eum. O fle
 bile spectaculum O dolendum malum
 O lachrymabile factum videre illos ca
 nes Christum semicites. Alii ceperunt eum
 per capillos et violenter eum in terram
 procerunt. Alii manus gratiosas retro
 strerunt. Alii funibus illum duris liga
 uerunt. Alii pugnis ipsum percusserunt.
 Quid audis o anima mea. Nonne vi
 des filium hominis ligatum. Cur non
 ploras: cur non clamas ad sidera. O
 Iesu saluum a me propter me talia pateris
 Apostoli autem talia videntes territi fu
 gerunt eo relicto. De ista fuga imple
 ta est propheta triplex Primo Job di.
 Fratres mei longe steterunt a me et
 noti mei quasi alieni recesserunt a me
 Secundo David ps. xxij. Elongasti a me

amicum et proximum et notos meos. etc.
 Tertio Iach. xij. Percutiam pastorem
